AUGUSTINUS. PS. CLEMENS I. PAPA. HENRICUS DE HASSIA. THOMAS HALENSIS. AUGUSTINUS. PROSPER AQUITANUS. MARTINUS DE LEIBITZ. LEGENDAE SANCTORUM

Melk (?), 1461-1469 Seite 69r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40036
Copyright: Melk, Benediktinerstift



dei estis. et spiritus dei habitat in vobis
Quisquis templum dei corrumpit corrumpet illum deus Templum enim sanctum est quod estis vos Et omnia quidem ista parum sunt quibus iniuria fit hominibus in ipsis vitae huius commodis sine quibus saepe homines corrumpuntur et illi multo nocent. omnia quo ista parum etiam si huic temporali vitae ad aliquam delectationem aut utilitatem videntur consulere nam nullus aliquid horum alio proposito ac fine commititur. tum ad illam vitam quae sempiterna et impletus omnibus modis impedit. Haec aut alia sunt quae solos facientes impediunt. alia quae etiam eos in quibus fiunt Illa illa quae utilitatis ad hanc vitam pertinentis gratia servantur. ad auferunt ab iniuriosis illi soli peccant. et a vita aeterna impediuntur qui ea faciunt non in quibus fiunt Ista etiam si ea vi auferri quisque consentiat vel ne faciat aliquid mali vel ne in his ipsis manus aliquid incommodi patiatur. non solum non peccat si illud fortiter et laudabiliter et utiliter et meritorie fiat Quae ad religionem atque sanctitatis causam servantur cum haec iniuriosi violare voluerint. etiam patientibus non tum iniuriosis alioque si conditio permittit et facultas datur. recommenda sunt. et tuenda illa desinunt esse parva. quae propter graviora vitanda suscipiuntur Sicut enim in rebus utilibus vel sunt pecuniario alione commodo corporali non vocatur damnum quod per manus iniuriam admittitur. sic et in rebus sanctis non vocatur poenam quod admittitur ne gravius admittitur Aut si et illud damnum dicatur quod aliquis perdit ne amplius perdat. vocetur et hoc poenam dum tum suscipiendum esse ut amplius vitetur. ita nemo dubitet sicut nemo dubitat cavendi maioris damni causa patiendum esse quod minus est Ista sunt autem quae sanctitatis causa servanda sunt. pudicitia corporis et castitas animae et veritas detinet Pudicitia corporis non consentiente ac permittente anima nemo violat Quicquid enim nobis minus illamque tribuentibus pertinet maiore vi attingit in nostro corpore nulla impudicitia est. si permittendi potest esse aliqua ratio. consentiendi autem nulla Tunc enim consentimus cum approbamus et volumus. permittimus autem etiam non volentes. cavitate aliquid maioris tempiternis gravia Consensio sane ad impudicitiam corporalem etiam castitatem animi violat Animi quippe castitas est in bona voluntate et sincera dilectione. quae non corrumpitur cum animus atque appetitus quod amandum atque appetendum esse virtus docet Cum studienda quo est sincerissima dilectio mis dei et proximi. In hac enim castitas animi sanctificatur. Et agendum quibus possumus virtutibus et pia supplicatione. ut cum violanda appetitur pudicitia corporis mei nec ipse